

INCIPIT LIB
GENESEOS.



D N P R I N C I P I O C R E A
U I T D S C A E L U M E T T E R R A .
T E R R A L U T E M E R A T I N
A N I S E T U L C A L . E T T E
N E B R A S S U P E R F A C I E M
A B Y S S I . E T S P S O J F E R E
B A T U R S U P E R A Q U A S .
D I X I T Q U E D S F I A T L U X
E T F A C T A E . L U X . E T U J
D I T D S L U C E M Q U O D E S
S E T B O N A . E T D I U I S I T
D S L U C E M A T E N E B R I S
A P P E L L A U I T Q : L U C E M
D I E M . E T T E N E B R A S
N O C T E . F A C T U M Q : E S T
U E S P E R E E T M A N E D I E S
U N U S . D I X I T Q U O Q : D S
F I A T F I R M A M E N T U M
I N M E D I O A Q U A R U M . E T
D I U I D A T A Q U A S A B A Q U I S
E T F E C I T D S F I R M A M E N T U M
D I U I S I T Q : A Q U A S Q U A E R A T

subfirmamento ab his quae erant super firmamentum. Et factum est ita. Uocauitque deus firmamentum caelum. Et factum est uespere et mane dies secundus.

Dixit uero deus congregentur aquae quae sub caelo sunt in locum unum. Et appareat arida terra. Factumque est ita. Et uocauit deus aridam terram congregacionemque aquarum appellauit maria. Et uidit deus quod esset bonum et ait. Germinet terra herbam uiuentem et faciat seminem. Et lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum. Cuius semen in semet ipso sit super terram. Et factum est ita. Et protulit terra herbam uiuentem et ferentem semen iuxta genus suum. Lignumque faciens fructum et habens unumquodque semen secundum speciem suam. Et uidit deus quod esset bonum. factumque est uespere et mane dies tertius.

Dixit autem deus. fiant luminaria in firmamento caeli. Ut diuidant diem et noctem et sint in signa et tempora et dies et anni et luceant in firmamento caeli. et in luminas terram. Et factum est ita. fecitque deus duo magna

luminaria. Luminare maius ut per esset dies. Et luminare minus. ut per esset nocte. et stellae et posuit eas in firmamento caeli. ut lucearent super terram. Et per essent dies et nocte. et diuiderent lucem a tenebris. Et uidit deus quod esset bonum. et factum est uespere et mane dies quartus.

Dixit etiam deus producant aquae reptalia animae uiuentis et uolantia super terram. sub firmamento caeli. Creauitque deus ecce grandia et omne animal uiuentem atque motabilem. quam produxerant aquae in speciebus suis. Et omne uolantia secundum genus suum. Et uidit deus quod esset bonum. benedixitque eis dicens. Crescite et multiplicamini et replete aquas maris. Auctumque multiplicentur super terram. Et factum est uespere et mane dies quintus.

Dixit quoque deus. producat terra animalia uiuentia in genere suo. iumenta et reptalia et bestias terrae secundum species suas. factumque est ita. Et fecit deus bestias terrae iuxta species suas. et iumenta et omne reptabile terrae in genere suo. Et uidit deus quod esset bonum et ait. faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. et preceptis piscibus maris et uolantibus caeli et bestis uniuersaeque creaturae. Omniaque reptalia quod mouentur in terra. Et creauit deus hominem ad imaginem suam. ad imaginem masculinam et feminam creauit eos. Benedixitque illis deus et ait. Crescite et multiplicamini et replete terram. et subicite eam. et domina mini piscibus maris et uolantibus caeli. et uniuersis animantibus quae mouentur super terram. Dixitque deus. ecce dedi uobis omnem herbam afferentem seminem super terram. et uniuersa ligna quae habent in semetipsis seminem generis sui. Ut sint uobis in escam et cunctas animantibus terrae. omniaque uolantia caeli. et uniuersis quae mouentur in terra et in quibus est anima uiuentis. ut habeatis ad uescendum. et factum est ita. Uiditque deus cuncta quae fecit. Et erat ualde bona. et factum est uespere et mane dies sextus.

Igitur perfectis sunt caeli et terra. Et omnis ornatus eorum. Compleuitque deus die septimo opus suum quod fecerat. et requieuit die septimo a boninio. pere quod patrarat. Et benedixit diei septimo et sanctificauit illum. quia in ipso cessauerat ab